THOMAS EBENDORFER
um 1454 (nach Wasserzeichenbefund)
Seite 62v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=554
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Collacio de beato Jacobo apostolo

Benedictus deus et pater domini nostri ihesu xpi qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem ihesu xpi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et inmarcescibilem conseruatam in celis in nobis qui in virtute dei custodimur per fidem in salutem parat[a] in nouissimo tempore. Hec verissima sit beati Jacobi in Epistola sua de manifestacione domini dicentis deum adonai ut non finem fieri malorum nude melioribus claretur testimonium habere poterimus in gracissima apostolorum predicatione, quos dum persequuntur gentes et iudei, ad fines orbis terarum ipsorum vita predicacionis usque oratio pariter et preceptum extendit. Deo ipsi celi dicunt qui enarrant gloriam dei in psalmo 18 sic ut dicit Gregorius et celi et sol esse memorant apostolorum celi solitum quasi terra edendo pertingit, sol vero quia predicando omnibus lucis ostendit, commota igitur tota celi extensio sicut dicit Job 9, qui ad iudea ad omnes predicationis misericordiam operatione dilatatur. Et illa felix iudea per dei iudicium vbique in mundum dispergitur captiua. Dum vbique per gentes in honore tenebantur, fuerit ergo tunc apostoli angusti, strecti celi quando vna plebs iudaica tot exercitus predicatores habebat, sola Christus cum gentilium noui esset petrus si solus iudeis predicasset et apud eos remansisset. Ecce pauli virtutes noui esset. Nisi hut iudea ad nostra notitia persequendo transmisisset, quo hyspania gentes hodie in fide xpi et doctrina beati Jacobi, si ipse ad ea ariudeis repulsus non venisset, et qui plagis et contumeliis a iudeis expulsi sunt, ita per mundi fines honorantur, solus ergo dominus celos tenet ut dicit Job 9, qui secreto mihi disseruit topiko apostolos suos vnde prius in vna gente operi promi, inde fecit usque ad fines mundi dilatari. Melior ecclesia, que sic pauperes elegit per quos vniuersum orbem pistatis est et ad fide conuertit. Apparet maxime dei omnipotencia, non mortuum qui creauit mundum de nichilo, sicut in Augustinus 18 de Ciuitate dei, per non peritos eloquentia dyalectica non instructos retorica, 22 de Ciuitate dei capitulo 5, et melior apparet maxime dei omnipotens et sapiencia. Vnde Ambrosius libro 4 super Lucam elegit duos deus, quos ad ipsum ad gradum angelum salutis humane per orbem fidei satores destinaret, sed et ad vertex celeste gaudium, non sapientes aliquos, non diuites et nobiles, sed pistatores et publicanos quos diuinitus elegit, ne traduxisse prudentia, ne redemisse diuitiis, ne per potentiam aut auctoritatem nobilitate esset aliquis ad fidem gratiam sue viderentur. Vt veritas ea non disputationibus quam pualet, ut in ipsis mirabilibus operibus suis dominus et creator